Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Cornelivs Nepos perperam vulgo Aemilivs Probvs dictus, De Vita Excellentivm Imperatorvm

Nepos, Cornelius

Lipsiae, MDCCXIV

VD18 12591890

VIII. Thrasybvlvs.

urn:nbn:de:gbv:45:1-16472

Visual Library

tus omnes Lacedaemonios vinceret. fuisse apud 17 *Thracas, homines vinolentos, rebusque* 18 *Venereis deditos; hos quoque in his rebus antecessisse: venisse ad Persas, apud quos summa laus esset* 19 *fortiter venari, luxuriose viuere; horum sic imitatum consuetudinem, vt illi ipsi eum in his maxime admirarentur. Quibus rebus effecisse, vt apud quoscunque esset, princeps poneretur, haberetur que carissimus.* Sed satis de hoc: reliquos ordiamur.

17 *Thracas, homines vinolentos*] Vinolentiam Thracum perstringit Horatius lib. I. od. 27. pr. & 36. v. 14. C.

18 *rebus venereis*] *liebes- händeln.*

19 *fortiter venari, luxuriose vivere*] Quam effusi in venationem orientales, vel ex eo manifestum est quod Parthorum rex Vonones *raro venatu* populares suos ad rebellionem irritauit, *Tacit. II. 2.* De luxuria gentis pleni sunt libri. C.

VIII.
THRASYBVLVS.

ARGVMENTVM.

1. *Thrasybulus virtute magis, quam fortuna clarus, patriam a triginta tyrannis liberauit, quod factum ipsius proprium est: cetera belli Peloponnesii cum militibus communia. 2. Primum cum XXX sociis Phylen confugit: despectus ob paucitatem, Munychiam muniuit, quam bis tyranni oppugnant. In proeliis parcit ciuibus: cadit Critias. 3. Opem fert Pausanias, qui pacem facit inter oppidanos & Thrasybulum. Hic legem fert obliuionis: 4. donatur corona oliuae, qua non aliter, ac Pittacus agello modico, contentus fuit. In Cilicia a barbaris negligentia custodum interficitur.*

THrasybulus Lyci filius Atheniensis. Si per se virtus sine fortuna ponderanda sit, 1 du-

Cap. I. 1 *dubito an hunc primum ponam*] dubito an, id est, *dubito annon*, siue *nescio an.* C.

bito, an hunc primum omnium ponam. Illi si-
ne dubio neminem praefero [2] fide, constantia,
magnitudine animi, [3] in patriam amore. nam
quod multi [4] voluerunt, pauci potuerunt, ab
vno tyranno patriam liberare, huic contigit, vt
[5] a triginta [6] oppressam tyrannis ex seruitute in
libertatem [7] vindicaret. Sed nescio, [8] quo mo-
do, cum [9] eum nemo anteiret [10] his virtutibus,
multi [11] nobilitate [12] praecurrerunt. Primum
[13] Peloponnesio bello [14] multa hic sine Alcibia-
de gessit, [15] ille nullam rem sine [16] hoc: quae
[17] ille vniuersa [18] naturali quodam bono [19] fecit

2 *fide*] *in*.
3 *in*] erga.
4 *voluerunt, potuerunt*] efficere.
5 *a triginta oppressam tyrannis*] Triginta, quos imposuerat Lysander post proelium ad Ægos flumen. Athenienses quidem erant, sed malae in patriam fidei. *Diodor. XIV. 3. & 4.* C.
6 *oppressam*] patriam.
7 *vindicaret*] deriuatur hoc verbum a *vindicta*, quod notat virgam, qua praetor serui manumittendi caput feriebat, Loon de manumissione serv. 1. 3. 1. Cellarius ad Plinii epist. 7. 16. 4, Ergo *in libertatem vindicare*, est *liberare*, *zur freyheit verhelffen*.
8 *quo*] *in*.
9 *eum*] Thrasybulum.
10 *his*] *in*.
11 *nobilitate*] i. e. *in*.
12 *praecurrerunt*] *sie haben es ihm zuuor gethan*.
13 *Peloponnesio*] *in*.
14 *multa hic sine Alcibiade*] dum in exilio fuit Alcibiades. C.
15 *ille*] Alcibiades.
16 *hoc*] Thrasybulo.
17 *quae*] dona virtutum.
18 *naturali quodam bono*] quae hic omnia optima quadam natura adeptus est. *Courtin.*

lucri.

lucri. Sed illa tamen omnia [20] communia im- 4
peratoribus cum militibus & fortuna: quod in
proelii concursu abit res a consilio ad vires, vim-
que pugnantium. Itaque [21] iure suo nonnulla
ab imperatore miles, plurima vero fortuna
[22] vindicat, seque hic plus valuisse, quam ducis
prudentiam, vere potest praedicare. Quare il-
lud magnificentissimum factum, proprium est
Thrasybuli. Nam cum triginta tyranni, prae- 5
positi a Lacedaemoniis [23] seruitute oppressas te-
nerent Athenas, plurimos ciues, [24] quibus in
bello pepercerat fortuna, partim [25] patria expu-
lissent, partim interfecissent, plurimorum bona
[26] publicata inter se diuisissent, non solum
[27] princeps, sed & solus initio bellum his indixit.

Hic enim cum [1] Phylen confugisset, quod est 1
castellum in Attica munitissimum, non plus ha-
buit secum, quam [2] triginta de suis. Hoc initi-

19 *fecit lucri*] i. e. in locum lucri: *zu einem vortheil.*

20 *communia imperatoribus cum militibus*] eadem Cicero pro Marcello cap. 6. C.

21 *iure*] ex. *vermöge seines rechts.*

22 *vindicat*] sibi *adtribuit, adscribit:* barbare hodie permulti scribunt *vendicat*, quod etiam reprehendit *Cellarius* in Antibarb. c. 1, p. 100.

23 *seruitute*] *in.*

24 *quibus in bello pepercerat fortuna*] Contrarium Cicero c. I. ita expressit: *quos vis Martis perculit.* C.

25 *patria*] *ex.*

26 *publicata*] *die öffentlich waren aufgebothen worden.*

27 *princeps*] *primus.* Nam Princeps omnis in sua Republica ordine primus est.

Cap. II. 1 *Phylen confugisset*] Iustinus V. 9 *castellum Atticorum finium.* Recte *finium.* erat enim ad Boeotiae limitem, centum ab asty stadiis. *Diodor. XIV. 33.* C.

2 *triginta de suis*] Xenoph. lib. 2. Rer. Graec. p. 276 ὡς σὺν ἑβδομήκοντα. C.

um fuit salutis [3] Atticorum, hoc robur libertatis
2 [4] clarissimae ciuitatis. [5] Neque vero hic non
contemptus est primo a tyrannis, atque eius so-
litudo: quae quidem res & [6] illis contemnenti-
bus, perniciei; & [7] huic despecto [8] saluti fuit.
[9] haec enim [10] illos ad persequendum segnes,
[11] hos autem tempore ad comparandum dato fe-
3 cit robustiores. [12] Quo magis praeceptum il-
lud omnium in animis esse debet, [13] *Nihil in bel-*
lo oportere contemni. nec sine caussa dici, *Ma-*
4 *trem* [14] *timidi flere non solere.* Neque tamen
[15] pro opinione Thrasybuli auctae sunt opes;
nam iam tum [16] illis temporibus fortius boni pro

[3] *Atticorum*] Bosius ex vno MS. habet *Actaeorum*, eodem sensu. *Acte* enim antiquum Atticae nomen, Scholiastes Dionysii Perieg. ad v. 423. p. 70 ἐκλήθη πάλαι ποτὲ καὶ Ακτὴ καὶ Αττικὴ. Eadem Byzantius Stephanus, Ακτὴ ἔτως ἡ Αττικὴ ἐκαλεῖτο. C.

[4] *clarissimae*] Athenarum.

[5] *neque non*] Hae duae negationes adfirmanti. c. *vtique contemtus est.*

[6] *illis*] tyrannis.

[7] *despecto*] Thrasybulo.

[8] *saluti*] in salutem.

[9] *haec*] solitudo & despicatio.

[10] *illos*] tyrannos.

[11] *hos*] Thrasybulum cum suis.

[12] *quo*] ex.

[13] *Nihil in bello oportere contemni*] Curtius VII. 8. 15. *Nihil tam firmum, cui periculum non sit etiam ab inualido.* C.

[14] *Matrem timidi*] *Timidus* non est ignauus, sed *cautus, circumspiciens pericula, nihil contemnens.* Hic enim matri suae non facile luctum adfert. Rem confirmat Aristoteles Rhet. II 5 ὁ φόβος βουλευτικὸς ποιεῖ: vocis notionem Cicero pro Mil. c. 35 *timidis & omnia circumspicientibus pericula.* C.

[15] *pro*] *nach.*

[16] *illis*] *in.*

libertatis

libertate loquebantur, quam pugnabant. Hinc in
17 Piraeeum transiit 18 Munychiamque muniuit.
Hanc bis 19 tyranni oppugnare sunt adorti: ab 5
20 eaque turpiter repulsi, protinus in 21 vrbem
armis 22 impedimentisque amissis refugerunt.
Vsus est Thrasybulus non minus prudentia, 6
quam fortitudine. nam 23 cedentes violari ve-
tuit. ciues enim ciuibus parcere aequum cense-
bat. neque quisquam est vulneratus, nisi qui
prior impugnare voluit. neminem iacentem
veste spoliauit: nil attigit, nisi arma, quorum
indigebat, & quae ad victum pertinebant. In 7
secundo proelio cecidit Critias dux tyrannorum,
cum quidem aduersus Thrasybulum fortissime
pugnaret.

1 Hoc deiecto 2 Pausanias venit Atticis 3 auxi- III

17 *Piraeeum*] portum Atheniensium.

18 *Munychiam muniuit*] Munychia collis peninsulae forma, iuxta Piraeeum portum. Strabo IX. p. 272 λόφος ἐστὶν ἡ Μουνυχία χερρονησίζων. C.

19 *tyranni*] vid. c. 1.

20 *eaque*] Munychia.

21 *vrbem*] Athenarum.

22 *impedimenta*] in bello dicuntur currus, in quibus bello necessaria vehuntur, *die bagage*, eo quod non adeo expedite transferri possit, vel etiam milites saepenumero *impediat*.

23 *cedentes*] tyrannos.

Cap. III. 1 *Hoc deiecto*] Critia a gradu & vita sua deiecto, h. e. *mortuo*.

2 *Pausanias*] Lysander prius opem tulit decem praetoribus, in locum xxx tyrannorum suffectis: cui inuidens gloriam ex Spartanorum Pausanias, & ipse cum exercitu successit, pacemque conciliauit. *Diodor. XIV. 34. & Xenoph. II. Graec. p. 279.* C.

3 *auxilio*] in auxilium.

lio,

lio, [4] rex Lacedaemoniorum. Is inter Thrasybulum, & eos, qui [5] vrbem [6] tenebant, fecit pacem, [7] his conditionibus: *ne qui praeter triginta tyrannos, & [8] decem, qui postea praetores creati, superioris more crudelitatis erant usi, [9] adficerentur exilio: neue [10] bona [11] publicarentur: reipublicae procuratio populo redderetur.* [12] Praeclarum hoc quoque Thrasybuli, quod reconciliata pace, cum [13] plurimum in civitate posset, legem [14] tulit. *ne quis [15] anteactarum rerum accusaretur, neue multaretur:* eamque ipsi [16] *le-*

4 *rex*] qui tempore belli ducebat exercitum.

5 *vrbem*] Athenas.

6 *tenebant*] *inne hatten.* Athenienses ciues, sub potestate quidem tyrannorum, non autem cuncta illorum probantes; oppositi iam Thrasybulianis, qui Piraeeum & Munychiam tenebant. *C.* 7 *his* [*sub.*

8 *decem qui postea praetores creati*] cum Thrasybulus Piraeeum occupasset, indiesque augeretur numero, oppidani, tyrannis triginta magistratu abdicatis, decem quasi dictatores (αὐτοκράτορας) crearunt, qui pactis & conditionibus bellum dirimerent. Hi vero vestigia tyrannorum secuti, abiecta pacis cura, Lysandrum Lacedaemone accersunt, quem inuidia ductus secutus est rex Pausanias. *Diodor. XIV. 43.* *C.*

9 *adficerentur exilio*] *mit der verlagung aus dem vaterlande belegét würden.*

10 *bona*] *die güter.*

11 *publicarentur*] *öffentlich feil geboten würden.*

12 *praeclarum*] sc. factum.

13 *plurimum posset*] sc. efficere. *als er das meiste konte ausrichten.*

14 *tulit*] *er hat ein gesezz gestifftet.*

15 *anteactarum rerum*] sc. *in crimine.* Xenophon extremo lib. II. rer. Graec. hoc breuiter expressit. μὴ μνησικακήσειν.

16 *legem obliuionis*] Plutarchus παραγγελμ. πολιτ. p. 814 vocat τὸ ψήφισμα τὸ τῆς ἀμνηστίας. *C.*

gem

gem obliuionis appellarunt. neque vero [17] hanc 3
tantum [18] ferendam curauit, sed etiam vt valeret, effecit. nam cum quidam ex his, qui simul cum [19] eo in exilio fuerant, caedem facere eorum vellent, cum quibus in gratiam reditum erat, publice prohibuit: & id quod pollicitus erat, praestitit.

Huic pro tantis meritis, honoris corona a po- IV
pulo data est, facta e duabus virgulis oleaginis; [1] quae, quod amor ciuium non vis [2] expresserat, nullam habuit inuidiam, magnaque fuit gloria. Bene ergo [3] Pittacus ille, qui [4] septem sapientum 2
[5] numero est habitus, cum ei [6] Mitylenaei [7] multa millia iugera agri [8] muneri darent, *Nolite rogo vos*, inquit, *mihi dare, quod multi inuideant, plures etiam concupiscant. quare ex* [9] *istis* [10] *nolo*

[17] *hanc*] legem.

[18] *ferendam*] *daß es möchte gestifftet werdin.*

[19] *eo*] Thrasybulo.

adhuc 163 Capit. sunt

Cap. IV. [1] *quae*] corona.

[2] *expresserat*] eam coronam.

[3] *Pittacus ille*] Mitylenaeus, cui ipsi ciues suffragiis suis tyrannidem in bello cum Atheniensibus obtulerant, iustitia hominis confisi. *Val. Max. VI. 5. 1.* C.

[4] *septem sapientum*] Thales, Solon, Chilo, Pittacus. Bias. Cleobulus. Periander.

[5] *numero*] *in.*

[6] *Mitylenaei*] Mitylene clarissima vrbs insulae Lesbi. vid. Tab. II.

[7] *multa millia iugera agri*] agri bello illo adquisiti, cuius dimidiam partem offerebant. Erat autem bellum *de Sigaeo*, vt Valerius ait c. l. siue vt Diogenes Laertius vita Pittaci, περὶ τῆς Ἀχιλλείτιδος χώρας. C.

[8] *muneri*] in munus. [9] *istis*] iugeribus.

[10] *nolo*] Valerius ait *auertisse animum ab eo munere*; Diogenes, agrum illum sacrasse, ἱερὰν ἀνῆκεν; Plutar-

amplius,

amplius, quam centum iugera, quae & meam animi aequitatem & vestram [11] *voluntatem indicent.* Nam parva munera, diutina: locupletia, non
3 propria esse consueuerunt. [12] Illa igitur corona contentus Thrasybulus, neque amplius requisivit, neque [13] quemquam honore se antecessisse
4 existimavit. Hic [14] sequenti tempore, cum praetor classem ad [15] Ciliciam appulisset, neque satis diligenter in castris eius [16] agerentur vigiliae, a barbaris ex oppido noctu [17] eruptione facta, in tabernaculo interfectus est.

chus cit. lib. p. 820 tantum accepisse, quantum emisso telo finiuerit. C.

11 *voluntatem*] benefaciendi.

12 *illa*] *in.*

13 *quemquam - - antecessisse*] quod quisquam se Thrasybulum antecesserit. 14 *sequenti*] *in.*

15 *ad Ciliciam appulisset*] ad Eurymedonta Pamphyliae, ab Aspendiis oppressus Xenophon sub fin. IV rer. Graec. *deueniens Aspendum appellabat ad fluuium Eurymedontem. Aspendii ad iram concitati, noctu in tabernaculo trucidauerunt.*

16 *agerentur vigiliae*] *die schildwache gehalten wurde.*

17 *eruptione*] i. e. *in.*

IX.

CONON.

ARGVMENTVM.

1. *Conon Peloponnesio bello exercitus rexit, & insulis praefuit, absens, cum Athenienses ad Aegos flumen vincerentur.* 2. *Afflictis patriae rebus, ad Pharnabazum se contulit, eique operam contra Spartanos commodauit.* 3. *Missus ad regem, vt Tissaphernem accusaret, suadente Tithrauste, per litteras egit, quod nollet adorare.* 4. *Bello contra Spartanos vna cum Pharnabazo praeficitur: illi timent sibi a tanto duce: vincuntur ad Cnidum: Graecia liberatur, & muri Athenarum reficiuntur.*

Landesbibliothek Oldenburg